


¶ *Ut, si recta AB. incidat in parallelas CD & EF: angulos similes similiterq; sitos BHD & BGF, item alternatim sitos CHG & HGF, &c. facit æquales. Et contra: Si recta AB in rectas CD & EF incidens, prædictos angulos similes similiterq; aut alternatim sitos, hoc est, acutos acutis, & obtusos obtusis facit æquales, recta CD & EF. sunt parallela. Est 29. primi Euclidis. Lucem habet naturalem. Nam, si AB. recta est, recta CD & EF æqualiter inter se distare non possunt, nisi ad rectam AB. æqualibus angulis inclinentur. Hinc, si plures rectæ in eandem rectam sint perpendiculares, sunt invicem parallela. Vi recta CD & EF. sunt invicem parallela, quia sunt in eandem rectam DF perpendiculares.*

XXXIX. Si plures rectæ pluribus rectis parallelis intersecentur, intersegmenta sunt proportionalia. Verbi gratia, si dua rectæ AB & AC intersecentur parallelis DG. EH. & BI. dico intersegmenta AE & AF. similiterq; EB & FC. esse inter sese proportionalia, hoc est, Si AE sit tertia pars rectæ AB: etiam AF, fore tertiam partem rectæ AC, &c. Ratio est: quia recta EH. de



soto spatio DGIB abscindit partem tertiam. Ergo etiam de singulis lineis per totum istud spatium ductis.

Hinc parallela parallelis terminata sunt æquales, & contra: ut parallela AF & GH terminata parallelis AG. & FH.